

constituti in presentia nostra Helembertus miles dictus de holthusen et Bertradis vxor sua cum heredibus ipsorum mansum vnum qui Krummensick dicitur in abbedeshaghen situm qui vulgariter hegershoue dicitur quem de manu dilecti in christo Abbatis Gerlaci sancti mauricij in Insula prope Mindam tenebant in manus eiusdem abbatis libere et publice resignarunt Et idem miles cum heredibus suis eundem abbatem quod sibi promiserat fatebatur totaliter adimplere. Testes huius rei sunt plebanus de nihem magister henricus plebanus de ossendorp Heidenricus notarius domini Bernhardi nobilis de lippia. clerici. Dilectus noster cognatus Bernhardus dominus de lippia Hildemarus aduocatus de scowenborch, Henricus de Gummer Johannes de Rechede Bertoldus de lichtenuils Olricus sumercalf et Johannes de neder milites Lippoldus holtgravius et Conradus de nihem famuli et alij plures. In huius rei testimonium presens scriptum ad petitionem partium sigillo nostro duximus roborandum. Actum et datum nihem Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo ipso die Annunciationis beate marie virginis.

Aus einem im sechszehnten Jahrhundert auf Pergament in Folio gefertigten Urfundencopiar des mindenschen Moritzklosters.

III.

1284. 14. März. Henricus dei gracia Dux Brunewicensis. Omnibus presens scriptum visuris in vero salutari salutem. Notum esse cupimus uniuersis, quod nos ad preces Domini Hille mari de consensu et uoluntate fratrum nostrorum cenobio beate virginis Marie in Ouerenkerken duos mansos in Wertbere sitos, quos dominus Richardus dictus Vos a nobis tenuit, appropriamus et in proprium condonamus. Vt autem hec condonacio rata et inconuulsa permaneat presentem litteram nostri sigilli munimine roboramus. Datum Brunewich anno domini M^o. CC^o. Lxxx^o. quarto. feria sexta ante dominicam Letare.

Nach der von Capaun gefertigten Abschrift des zu Obernfirchen befindlichen Originals, in dessen obernfirchenschem Urfundencopiar I, 71.

IV.

1299. 26. Juli.

Nos Reynerus et Johannes et Henricus fratres dicti de Almhorst uniuersis ad quos presens scriptum peruenerit cupimus esse notum, quod omni iuri quod habuimus seu videbamus habere in bonis sitis in Oldendorpe pure renunciauimus dictaque bona Ecclesie in Ouerenkerken dimisimus quiete ac libere possidenda. In cuius rei testimonium hanc litteram sigillo domini